

Wein und Wasser

Akzentuierendes Versmaß; Endreim[a]

V**i**num s**e**ntit **a**quam s**e**cum[1].
D**o**lens **i**nquit: „Qu**i**s te m**e**cum
ausus **e**st coni**u**ngere?
Exi! S**u**rge! V**a**de f**o**ras[2]!
N**o**n e**o**dem l**o**co m**o**ras[3]
m**e**cum d**e**bes f**a**cere.

Super terram debes teri
et cum terra commisceri,
ut in lutum[4] transeas.
Vilis et inverecunda
rimas quaeris, ut immunda
mundi loca subeas.

Mensa per te non ornatur,
nullus homo fabulatur
in tui[5] praesentia,
sed qui prius est iocundus,
ridens verboque facundus,
non rumpit silentia.

Cum quis de te forte potat,
si sit sanus, tunc aegrotat,
conturbas praecordia;
venter tonat, surgit ventus,
qui inclusus, non ademptus[6]
multa dat supplicia.

[1] **secum** ‹esse›
[2] **foras**: hinaus
[3] **moras fạcere**: sich aufhalten
[4] **lutum**, -i *n.*: Schlamm; Dreck
[5] **in tui praesentia** = in tua praesentia
[6] **ạdimo** 3, ademi, -emptum: beseitigen

CB 193 GEK.; 91 WW.

[a] Im klassischen Latein besteht ein Versmaß aus einer bestimmten Abfolge von langen und kurzen Silben; im Mittellatein wird dieses „quantitierende“ Versmaß allmählich durch das „akzentuierende“ Versmaß – das ist die Abfolge von betonten und unbetonten Silben – und den Endreim ersetzt.